



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus X. De Ordine cognitionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

Dicta de observatione festorum non concernunt tantum festa, quae ubiq; observanda, sed etiam, quae in loco singulari, sive statutis Episcopaliibus, sive etiam consuetudine inducta. An autem in supra possint per laicorum statuta, dictum supra, Tit. de Constitut. num. 30.

Posterioris generis feriae imponuntur à Principe, ex occurrente causa victoriae, natae prolis, unde & vocantur Imperiales, quod ipse solus eas indicat, l. 1. C. h. t.

33 Q. An feris renuntiari, per partes possit? R. Solemnibus in honorem Dei inductis non renuntiari, uti nec repentinis, inductae enim sunt in honorem & favorem superioris, nemo autem nisi favori suo renuntiat, l. penult. C. de patris. Ut renuntiatio ista procedat in feris mesium, vindemiarum, c. ult. h. t. quod in favorem privatorum principaliter sunt inductae, quae competunt non rusticis tantum, sed & non rusticis, & otiosis, cum l. 1. De h. t. indistincte loquatur, ut notat tibi Glossa.

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

SUMMARIUM.

- 1. Causa criminalis praesudicat civili.
- 2. Possessoria causa praemittenda causa proprietatis.
- 3. Prajudicialis suspendit decisionem principalis.

Ordine deinceps cognoscenda, qui exigit causas praeponderantes praecognoscenda. Hinc causa criminalis praemittitur civili, nisi plus periculi sit in civili, l. fin. C. de ord. judicior. Potest tamen & simul utraque disceptari & dirimi, si simul utraque proponatur, l. 3. C. d. tit. Possessorium potius est in petitorio, ut dicitur infra Tit. XII. etiam si agatur de crimine, l. 1. C. de appellat. quod principaliter sit in possessione, quia interim, dum de crimine agitur, careret dejectus in sui detrimentum, & periculum esset, ne ad manus venirent partes, possessionis obtinendae causa, propter ejus commoda. Unde spoliatus ante omnia restituendus, nec audiendus, spoliator ante restitutionem, nisi per modum exceptionis spoliationem ob-

iciat, c. 2. & fin. h. t. & inf. tit. 13. de restit. spoliat.

Prajudicialis quoque causa suspendit principalis causae decisionem. Sic hereditatis petitio cessat, donec causa status aut natiuitatis obiecta sit decisa, c. 3. h. t. Et lis super matrimonio suspenditur, donec consanguinitatis liquetur obiectio, c. 1. h. t. Hujus enim decisio illi praedictum facit, l. 1. C. h. t. Exceptio quoque testibus obiecta prius excutienda, quam testimonium earum accipiatur. Tractanda autem quaestio praedicta coram eodem iudice, licet alius non competente, l. 1. C. de ord. judic. Nisi tamen fuerit causa alterius fori, quae ne quidem incidenter à laico definienda, c. Lator inf. qui filii sine legit. & c. pen. h. t. ubi hereditatis quaestio coram laico pendens non impedit quaestioem matrimonii remitti ad Ecclesiasticum.

TITULUS XI.

De plus petitionibus.

SUMMARIUM.

- 1. Plus petere quot modis quis dicatur.
- 2. Poena plus petentis.

Plus iusto nihil debet continere libellus. Plus iusto contraere est quatuor modis, scilicet re, loco, tempore, causa, quos explicat cap. 1. h. t. circa finem. Poena plus petentis esse dicitur, quod reus in expensas teneatur reo, licet verid ad interesse: tempore plus petenti iudiciae duplicentur, nec alter cogatur litem excipere, nisi expensis sibi solutis. Videantur dicta infra de actionib. plus autem & rit. C. de plus petitionib.

TITULUS XII.

De causa possessionis & proprietatis.

SUMMARIUM.

- 1. Possessio quid?
- 2. Alia est Civilis, alia Naturalis.

2

3. Quo